E.K.
Wiener Stadt- und
Landesbibliothek
4.613 A
MA 9 - SD 25 - 24 - 828 - 128960 - 45

Innocencius Epūs Seruus ſeruoꝝ dei ad perpetuam Rei memoriā Sacroſanctam matrem eccleſiam aſtitiſſe a dextris dei
Reginam in veſtitu deaurato circūdatam varietate. non ab re ꝑ prophetā traditur. Regina equidē q̄ illi Regi domio ꝑ quem Reges regnant
et principes iuſticiā faciūt. deſponſata ſit vinea eius columna. Luna ꝑfecta ineternum arturus. per Sirum nocturna ſpacia perhenni lumine
illuſtrās Lucifer qui neſcit occaſum Aurora hic in crepuſculo caligantis ſeculi coruſcans. et in diem lucidum in Regno celoꝝ ſeſe diffun-
dēs Regina quidē illi ſeruiat cui ſeruire regnare ē. Illi fidē habeat. Illi ſe totam cōmittat Regina quidē xp̄ifideles ſub vmbra alaꝝ ſuaꝝ ex ter
reno carcere ad regna celoꝝ ꝑducat. vbere de celo pleno lactet. atqȝ inebriet. ex multis erūpnis nos eripiens. regni celeſtis cū xp̄o dn̄o partici
pes efficiat. In veſtitu inquit deaurato. veſtimentum eccleſie ſanctam fidelium vitam eſſe ꝓfitemur. Nam ſicut tota eccleſia veſtimentum eſt
xp̄i redemptoris nr̄i. Ita fideles ꝙ eiuſdem eccleſie veſtimentum eſſe arbitramur. veſtimentum ſcilicet non habens maculam ꝑ peccatū neqȝ
rugam per duplicitatem. ſed ꝑ iuſticiam mundum. ꝑ ſimplicitatem cordis tenſum veſtimentū Innocentie ꝙ homo a deo plaſmatus accepit
male a Serpente perſuaſus perdidit. ad quam recuperandā penitētia ⁊ dei miſericordia induimur veſtimentum deauratum ſplendore ſapiē
tie aureo perlucens. Clara ē enim ſapientia que nunꝙ̄ marceſſit. facile videntur ab hys qui eam diligunt. et inuenitur ab hys qui eam querūt
Doctrix eſt diſcipline dei electrix operum illius qua nihil locupletius que operatur omnia Artifex omnium que apud turbas claritatē et ho
norem apud ſeniores preſtat veſtimentum deauratum ꝑfectione auri id eſt Iuſticie qua nihil humano genere vtilius dilectione diſcipline. ex q̄
cuſtodia legum emanat Legum autē corruptio cōſummatio ē incorruptionis At vero incorruptio facit nos eſſe ꝓ deo proximos. per quam
beatitudo eterne vite a nobis comparatur. Circundata Eccleſia dicit̄ varietate gratiarum adminiſtrationum et officioꝝ iuxta verbū ap̄li.
diuiſiones gratiaꝝ ſunt Idē autem Spiritus eas conferens Diuiſiōes adminiſtrationum ſunt. Idem autē dn̄s et diuiſionēs operationū ſunt
idem vero deus qui operatur oīa in omnibus Circundata varietate poteſtatis ordinis Status et variarū Eccleſiarum decore que veluti ado
leſcentule hāc de qua ē ſermo katholicam eccleſiā quaſi matrē obſeruant n̄ vetuſte per culpam ſed nouelle ꝑ graatiam. nō ſenio ſteriles ſed ad
ſpiritualem ꝯgrue veritatem fecunditatē et noua ſempꝑ ꝓle pullulantes Nā a iuſto Abel vn̄ ecc̄le exordia trahimus in hanc vſqȝ diem quot ſan
ctos orbis terrarum habuit tot quaſi palmites ꝓtulit ex quibus vary indies ſurculi in hac vinea nr̄a Sabaoth quam licet immeriti preſtante
domino ſortiti ſumus excolendam ſeruntur circundata varietate ꝙ alia triumphātis alia militantis eccleſie ſpecies exiſtat. De triumphāti domi
ni ſponſione repromittitur Ego ero eis quicquid ab hominibus iuſte deſiderare poteſt ero illis honor gloria ſalus et vita virtus et copia pax
et omne bonum Militās autē ecc̄lia funde non inepte aſſimulatur. Nam ſicut funde in girum verſata lapides exemit quibus aduerſary feriūtur
et Golias ꝓſternitur. ita etiam ſc̄a ecc̄lia dum per varias ꝓcellas et tempeſtates fluctuantis huius ſeculi per tribulationes circuitum rotatur
fortes viri ꝓdeunt quibus quaſi lapidibus iniquoꝝ corda tunduntur et de hoſte humani generis nequiſſimo a chriſti tyronibus triumphat̄. hāc
ipſam eccleſiam deus omnipotens mira quadā diſpoſitione et poteſtate fundauit precioſi vnigeniti filii ſui domini noſtri iheſu chriſti ſangui
ne dotatum eſſe voluit multiplici ſpiritusſancti gr̄a ornauit Apoſtolorum ſimplicitate et fide roborauit quos ignaros delegit vt populos nō
dum ſermo illoꝝ ꝙ cauſa ad credendum adduceret martirum cruentis cruciatibus conſtantia et tropheis ſtabiliuit Repreſſe pauliſper quimo
ꝯfuſa infidelitatis ſeuitia et inimico homine ſupſeminante zizāia creſcēte multiplicataqȝ hereticorum prauitate doctorum celeſti doctrina illu
minauit et demum ꝯfeſſorum virginum alioꝝmqȝ ſanctoꝝ intrepida ꝯfeſſione ſolerti cura exemplisqȝ immitatione digniſſimis aduerſus Sa
thane inſidias circundedit. §. Inter autē alia ſaluberrima ſanctitatis exēpla diuina miſericordia Sidus quoddam fulgere mundo dedit bea

Hic ſcīſſimus dn̄s nr̄ papa ꝯmendat ſcm leopoldum a moribus ⁊ ab eodē fiat inceptio publicatōis in ambone.

tum Leopoldum Auſtrie principem pium marchionem cognomento appellatum Innocentie ſapientie et iuſticie veſtimentis quibus veſtiri
ecc̄liam prediximus decorum bonitate manſuetudine atqȝ clementia cōſpicuum ſimplicitate ꝯtinen. ⁊ munificētia preclarum cuius integritas
vite ſanctimonia humilitas pietas fides adeo apud chriſtifideles inualuerunt vt vna omnium germanorum voce pro ſancto hactenus cele-
bratus fuerit Cuius liberalitatem xp̄ianeqȝ religionis cultum nonnulla monaſteria et quidem celeberrima ab eo cum ampliſſimis cenſibus cō
ſtructa Alia ex magno ꝯſumptu illuſtrata habunde teſtantur. Hic princeps optimos ſacerdotes ⁊ viros religioſos ad modum coluit ſummoſ
qȝ pontifices tanta veneratione ꝓſecutus fuit vt ab Innocētio ſecūdo romano pontifice predeceſſore noſtro Peculiaris ſancti petri filius ap
pellaretur ⁊ apoſtolica ꝯmendatione atqȝ ea planaria quā vulgo dicūt abſolutione dignus ab eodem Innocentio etiam mortuus iudicatus fu
erit. §. Hic vir dei in ſummis opibus educatus in magna peccandi licētia ꝯſtitutus ꝯiugalibus curis implicitus Principatus regimie impeditus

Hic ꝯmendat a bona vita quā duxit.

ſedulo tamen pietatis ⁊ miſericordie munera ſubibat laſſos roborans. vacillantes ꝯfirmans oppreſſos ſubleuans inopes fouens inter curas
domus inter ꝯiugales anxietates inter affectus pignorum inter multiplices principatus ſolicitudines inter ſtudia tot laborum immaculatū
ſeſe ab hoc ſeculo cuſtodiuit ⁊ temporalia tractando eterna diſpoſuit. Quadraginta annis principatum auſtrie regens ⁊ ꝙ maius ē illis ꝑci
pue temporibus quibus ꝓpter henricorum pr̄is ⁊ fily mutuas ꝯcertationes ⁊ poſtea ꝓpt̄ henrici quarti cum Lothario acerrimas ꝯtentōes
in germania bellis incendys ⁊ agrorum vaſtationibus tumultuatum ē ſumma cum iuſticia humilitate ⁊ tranquillitate cūcta adminiſtrauit ⁊ alyſ
cede ⁊ ſanguine madentibus creditam ſibi auſtrie ꝓuinciam in diutina pace ꝯtinuit quibus ex meritis eterne retributionis ⁊ pacis premia a
deo optimo maximoqȝ qui ꝯtuplicato fenore merita hominū pēſatus ē ꝯſecutus Pretendant nunc huius ſeculi amatores ad peccata excuſāda
ꝯiugales familiares ciuiles aut regales ſoly moleſtias ſeculi illecebras ⁊ temptationes Leopoldi exemplo diuina ꝓuidentia eos circumſcrip
ſit excuſationes omnes circūuenit aditum humane tergiuerſatiōis ꝯcluſit ⁊ quaſi araneaꝝ telas ꝯmenta humane fragilitatis diſrupit Adeo cre
ati et redempti deum debitis honoribus non colimus ⁊ quidem dolētes ex intimis referimus illum nō tantū negligimus ſed blaſſemamus. ſepe
numero adhibita ſunt precepta diuine ⁊ humane legis preceptis obtemperare tergiuarſamur Addita ſunt celeſtis premia glorie indicta penarū
diuerſa genera Cenſura correctionis inuenta ab illis faciā quaſi rebelles auertimus Sanctoꝝ varia exempla an̄ oculos nr̄os ꝓpoſita ipſa ꝙ
immitari ꝯtumaciter recuſamus imbecillitatē nr̄am ſcꝫ. ſolicitudines cū de ſalute nr̄a agitur cauſamur Leopoldi nobilis principis ꝯiugati
ac multorum filioꝝ ac ſubditorum cura irretiti clariſſimo exemplo admonemur vt omni excuſatiōe ſemota ꝑ hec tpalia ita caute ambulemuſ
ita ſancte nos exerceamus vt eterna non amittamus allecti ſpe momentanee huius ꝓſperitatis ꝑpetuitate gl̄ie celeſtis non fraudemur Sꝫ mū
di moleſtias illecebras aut dignitates ꝯdemnendo ad celeſtem pr̄iaꝫ totis viribus ꝯtendamus. §. Huius beati leopoldi ſanctimoniā deus omni

Hic ꝯmendat a miraculis per eum diuinitus factis.

potens innumerabilibus miraculis ad eius inuocationem editis ꝯprobauit miraculis ꝑfecto que tum in facti ſubſtantia tū in eo ꝙ factū fuit
tum in modo faciendi ⁊ ordine vim ⁊ ꝑtātem totius nature exceſſerunt. Quis enim non mirer̄ cū audiat ꝑ dei eterne miſericordiam implorato
leopoldi auxilio paliticos arreticos febricitantes podagra laborantes. priſtine valitudini illico reſtitutos Quis non magnalia dei in hoc ſanc
to agnoſcat cū videat interceſſionibus eius claudos recte ambulaſſe apoſtematibus mortiferos infectos liberatos in carceribus ꝯſtitutū ꝑe
dicis manicisqȝ vinctum ꝑ foramen vnde hominis impoſſibilis exitus erat eductum euaſiſſe. in varys vite ꝑiculis ꝑoſitos illeſos ſeruatoſ eſſe
Quis non totamēte obſtupeſcat ⁊ deo optimo maximoqȝ preconia manifeſta dicat. cū liquido deprehendat meritis ac precibus huius ſancti
viri mortuos ſuſcitatos mutos loquendi facultatē adeptos cecos illuminatos ſurdis auditum reſtitutum eē. Maxima ſunt hec ſanctitatis ⁊
diuine approbationis ſigna humanā expectationem ac ſpem excedens ⁊ tamen clariſſimis documentis ꝯprobata ſunt Quinimo ab anno chri
ſti milleſimo centeſimo ⁊ trigeſimoſexto quo Leopoldus vitafunctus ex terris ad celeſtem iheruſalem tranſiuit in noſtra vſqȝ tpa ⁊ p̄ntem di
em magis atqȝ magis māifeſtata mira de illo mentibus hominum in auſtria precipue ⁊ ꝑ omnem danuby ripam deuotio celitus infunditur in
credibili dictu quāta cū veneratione corpus eius in mōaſterio b̄te ſemꝑ virginis ⁊ matris dei marie ab eo conduto in loco qd̄ nouū claustribur
genſis appellatur pataueñ. dioceſis ſepultum ē a xp̄ifidelibus viſitetur quibus votis celebret̄ pia eius memoria memoratu difficile eēt quot q̄n
tis tabellis ⁊ imaginibus illi dicatis exornet̄. quanta luminarioꝝ copia ꝑluſtretur ꝓcumbit. Supplex ante tumulū languentium ⁊ rogantiū tur
ba opem Leopoldi implorās nec expectatiōe irritata diſcedit. §. Huius veneratione et ꝑ multoꝝ ꝓploꝝ ſalute Rudolfus auſtrie dux impulſus ē

Hic incipit forma canoniſatōis ⁊ primo recitat papa q̄ iuſteterit ꝑ canoniſatōe ſc̄i leopoldi

vt Innocentio ſexto huic ſancte ſedi ea tēpeſtate preſedēti ſupplicaret Leopoldū ſanctoꝝ kathalogo aſcribere dignaret̄. qui reſpecta ꝙ ſapi
entiſſime de vita ⁊ miraculis ac fama eiuſdem Leopoldi ex more inſtitutoqȝ maioꝝ cū ꝯſilio ſacri ſenatus inquiſitionem tunc archiepiſcopo
pragen. ⁊ alys collegis delegauit Uerum cū ea de re agi ceptum eſſet morte Innocency ſurgentibusqȝ belloꝝ inter auſtrales ⁊ panonios diuerſ
turbinibus immenſiſqȝ ꝓcellis in ecc̄lia dei exortis vſqȝ ad tpa Pauli ſc̄di predeceſſoris noſtri. §. Inquiſitio intermiſſa ē Cariſſimo autē in chri
ſto filio Friderico romāoꝝ impatoꝛ auguſto prelatis et principibus germanie apud eundē paulū multis precibus tam ſancti viri canoniſatiōē

Commiſſio inquiſitionis.

abſolui petentibus tribus ſancte romane eccleſie cardinalibus de frm ſuoꝝ ꝯſilio demandatū ē a pontifice prefato vt ſolemnē inquiſitionem
ea in re adhiberent ⁊ ꝓceſſos ꝯſuetus dū ꝑ ſeipm per ſubdelegatos facerent qd magnum ex parte ꝑfectum erat. Cum euocato ad dominū pau
lo ſc̄e memorie Sixtus quartus predeceſſor nr̄ in hac ſc̄a ſede diuina ꝓuidentia ꝯſtitutus iterandas ergo preces ⁊ vehementius agendū apd
Sixtū Impatoꝛ prelati ac principes predicti duxerunt vt tā ſcm opus canoniſationis cepte ꝑficeret. Is vt certiori fide q̄ de miraculis ⁊ vita
Leopoldi aſſerebant ꝑficeret venerabili frī nr̄o marco ep̄o peneſtrin. tūc ſc̄i marci pb̄ro cardinali ⁊ in germania legato vt premiſſa perūcta
ret iniunxit qui locupletiſſimā de illis oibus relationem ꝑ publica acta ⁊ legitimos ꝓceſſus eidem attulit. De hinc ꝓceſſibus ⁊ actis publicis cū
magna diligentia per venerabiles Rodericū portueñ. ep̄m marcū predictum peneſtrin. illo tpe ep̄m aſſumptum. acc. F. ſancti euſtachy diaco
num cardinalem ꝯmiſſarios diſcuſſis priuata prima relatione eidē Sixto fc̄a poſtmodū in ſacro ſenatu referente predc̄o venerabili fratre. R.
ep̄o portueñ. dulci de re examiata et ex illoꝝ ſn̄a canoniſationis ꝯcluſa Sicut dn̄o placuit Sixto vitafuncto Nobis qui eidem onere et hono
re ꝑ diuinam miſericordiā. licet indigni ſucceſſimus reſeruatum ē vt ſupmam manum tā ſc̄e approbationis apponeremus ꝯſilio itaqȝ habito rur
ſus venerabiliū frm nr̄oꝝ ſancte romane ecc̄le Cardinaliū publica contione oīa put ex ordine geſtū erat Leopoldiqȝ vitā miracula et reliqua

Sn̄ia canōiſatōis

merita ꝑ aduocatū ꝯſiſtorialem ꝓponi curauimus. §. Demū vocatis oībꝫ qui romana curia degunt prelatis ex frequenti eoꝝ ꝯſeſſu aſſiſtētibus
nobis eiſdem venerabilibus fribus nr̄is ſc̄e romane ecc̄le cardinalibus ſinguloꝝ vota prelatoꝝ ſcrutata fuimus quibus ſpiritusſancti gr̄a coop
ante manibus pedibuſqȝ vt aiunt in ea ſn̄iam deuenientibusqȝ Leopoldus merito ſc̄us a nobis canoniſandus eēt. hunc in locum publicum et
ſugeſtum hac ipſa die ꝯcendere decreuimus vt opitulante dn̄o votis precibuſqȝ fideliū adiuuantibus ipſum Leopoldū ſcūꝫ diffiniremus et
ſancto venerare debere ab vniuerſis et ſingulis xp̄ianis mandaremus §. Sicqȝ hodie ſermone ꝑ nos habito re diuina pacta et reliquis ſolēni

Forma ſn̄ie canōiſatōis vſqȝ ad finē

tatibus adhibitis ad hanc ſanctiſſimā canoniſationem ꝓcedendū duximus Cū autem dn̄s verbo ſapientie affirmet homi qui cū laudauerit
et dilexerit deū qui fecit illū qd̄ in medio ꝓp̄li ſui exaltabit̄ in plenitudie ſc̄a admirabit̄ in multitudine electoꝝ habebit laudem et inter benedic

Nota q̄n celebrat̄ feſtū leopoldi vꝫ xvii. kl̄. decembriſ q̄ ē. xv. dies nouēbris hoc ē in profeſto ſancti otmari ⁊ publicentur indulgentie ſeptē annorum in eius feſto prout hic in bulla. et trecenti dies tpe publicationis illis qui interſunt.

tos benedicet̄. mirūqȝ in modū Leopoldus in medio ꝓploꝝ exaltatus ſit ꝑ lenitudine celeſtis gr̄e admirabilis refulgeat reſtat vt nr̄a approba
tione inter electos et ſanctos dei laudetur. inter benedictos hn̄dicaturque illi habūde impartiemur. ſ. eū iuxta ſc̄os ecc̄le ad numerandū ꝑ ſanc
to venerandū atqȝ publicis et ſolemnibus ſupplicationibus votiſqȝ i miſſarum celebrationibus alyſue diuinis officiis inuocandū apoſtolica auc
toritate iudicauerimus **Ad laudem** igit̄ eterne dei indiuidue trinitatis pr̄is et fily et ſpiritusſancti ad fidei katholice robur et orna
mētuꝫ ad religionis xp̄iane cultum augendum Auctoritate dn̄i nr̄i iheſu chriſti ac beatoꝝ petri et pauli ap̄loꝝ et nr̄a
de venerabiliū frm nr̄oꝝ ꝯſilio ſtatuimus diffinimus ⁊ ꝓnunciamus ſanctum Leopoldū auſtrie marchionē ſc̄oꝝ kathalogo aſcribendū et pub
lica veneratione ꝑ ſc̄o obſeruandū ſicut et nos illum in p̄ntiaꝝ manifeſta voce ſc̄oꝝ kathalogo ānectimus ac minoꝝ ꝯfeſſoꝝ numero adiūgimus
pubīce ſcm diffinimus ꝓfitemur et veneramur ſtatutū feſtū eiuſdē die decimoſeptio kl̄. decembris debere celebrari et ipſo feſto eius ſepulcrū
qd̄ in predc̄o monaſterio exiſtit. viſitantibus et ꝑ manutentionis dicti monaſtery manus porrigentibus adiutrices Septem annos et totidem
quadragenas indulgeñ. in forma ecc̄le miſericorditer ꝑpetuis tpibus cōcedimus Nulli ergo oīno hominū liceat hanc paginam nr̄i ſtatuti diffi
nitionis ꝓnūciationis ānexionis adiunctionis ꝓfeſſionis venerationis et ꝯceſſionis infrīgere vel ei auſu temerario ꝯire. Siquis aūt attempta
re ꝓſumpſerit indignationē oīpotētis dei ac beatoꝝ petri et pauli ap̄lorum ſe nouerit incurſurum Datū rome apud ſc̄ꝫ petrū. Anno incar
nationis dn̄ice Milleſimo quadringenteſimo octuageſimoquarto. octauo ydus January pontificatus nr̄i Anno primo.